



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

39. Caroli Quarti Imper. Diploma Dat. Treuiris, Anno MCCCLIV. VII. Kal.
Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

quemcunque, cuiuscunque status vel prominentiae existant, aliquam iniuriam, turbationem, violentiam aut molestiam inferri, seu aliqualiter irrogari. In eo nostræ Celsitudini, frater charissime, exhibetis gratitudinem & complacentiam singularem. Datæ Treuiris Anno Millesimo, trecentesimo, quinquagesimo quarto. Indictione septima, octauo Kalend. Martij. Regnorum nostrorum
Anno octauo.



39.

*Caroli IV. Imperatoris Diploma, Datum Treuiris Anno
 MCCCLIV. VII. Kal. Martij.*

CAROLVS DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Bohemiæ Rex. Vniuersis præsentis Litteras inspecturis, harum serie patehat; quod nos ob singularis ardoris affectum, quem ad honorabilem & Religiosos, Abbatem & Conuentum Monasterij S. Maximini extra muros Treuirenses, deuotos nostros, dilectos semper gessimus & gerimus in præsenti, volentesque ipsos vñlibet prosequi fauoribus gratioſis, præfatos, Abbatem & Conuentum cum omnibus & singulis eorum bonis, Oppidis, Villis, Iuribus, Libertatibus, possessionibus, redditibus, hominibus, seruitoribus, familiaribus, vñicunque locorum sitis, in nostram, ac Sacri Romani Imperij recipimus protectionem, guardiam & defensionem singularem. Quapropter mandamus & districte precepimus gratiæ nostræ sub obtentu omnibus & singulis Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Aduocatis, Militibus, Clientibus, Iudicibus & Consulibus ac Ciuiis Ciuitatum, cæterisque nostris & Imperij subditis & fidelibus, præsentibus & futuris, quibus præsentes exhibetæ fuerint: quatenus præfatos, Abbatem & Conuentum dicti Monasterij ac homines, bona & reddi-

EUS,

tus, ac Iura ipsorum ab omnibus iniurijs, molestijs, turbationibus & violentijs quibuscumque nominibus censeantur auctore Regiâ protegant, manuteneant, defendant gratiosius & conseruent, quoties ipsis erit necesse & opportunum, vel super eo per prædictos, Abbatem & Conuentum, aut eorum Procuratores & Nuntios fuerint sp̄cialiter requisiti: Si quis autem contra præfatam gratiam nostram friuolè attentare præsumperit, indignationem Regiam & pecuniam grauissimam, & præsertim viginti Marcharum auri puri: quarum medietatem Fisco Regio, aliamque medietatem antedictis, Abbatii & Conuentui applicari volumus, quoties id contra eandem gratiam nostram temeraria præsumptione attentatum fuerit, se nouerit infallibiliter incursum, præsentium sub nostra Maiestatis Sigillo testimonio litterarum. Datum Treuiris, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, quinquagesimo quarto. Indictione VII. septimo Kal. Martij Regnorum nostrorum anno octauo.

40.

*Caroli IV. Imperatoris Diploma Datum Treuiris, Anno
MCCCCLIV. VI. Kal. Martij.*

KAROLVS D̄I gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Bohemia Rex. Ad vniuersorum notitiam tenore præsentium volumus peruenire. Quod oblata nobis per honorabilem & Religiosos Ottronem Abbatem, totumque Conuentum Monasterij S. Maximini extra muros Ciuitatis Treuensis, ordinis S. Benedicti, deuotos nostros dilectos, supplex petitio continebat: quatenus sibi litteras continentiae infrascriptæ, & omnia contenta in eisdem, quondam à diuis Imperatoribus, & Romanorum Regibus, prædecessoribus nostris concessas de solita benignitatis nostræ clementia apprebare, & confirmare gratiosius dignaremur. Quarum tenor sequitur in hæc verba. In Nominis sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia Rex. Quoniam Regalis antecessorum nostrorum prouidentia & sollicitudo in construendis, constructisque stabiliendis D̄i Ecclesiis piè iugiter inuigilavit: Idecirco bēnignissima Christi miseratione (in cuius manu Regum corda vel lura consistunt) Regni illorum diuturnitas pacificata viguit & effloruit, vnde nos piè salubriterque de nostri regni statu tractantes, deuotamque illorum sollicitudinem imitari cupientes, &c. prout habetur sub Num. 26. Nos itaque prædictori, Abbatis & Conuentus, iustis & rationabilibus petitionibus benignius annuentes, superscriptas litteras, omniaque in eis contenta, in omnibus suis clausulis & sententiis maturo præhabito consilio, certaque nostra scientia, & de plenitudine regiæ potestatis, sicut dignè possumus & debemus, & prout prouidè & rationabiliter processerunt, approbamus, innouamus, ratificamus, & præfentis scripti patrocinio confirmamus. Volentes & decernentes exprelsè supradicta omnia & singula, & eorum quodlibet, ut præmittitur, obtinere perpetui roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis gratiam infringere, aut ei ausu temerario quomodolibet contraire: Si quis autem secus attentare præsumperit, indignationis regiæ aculeum & pecuniam grauissimam ad arbitrium nostrum infligendam se nouerit irremissibiliter incursum, præsentium sub nostra Maiestatis Sigillo testimonio litterarum. Datum Treuiris, Anno Millesimo, Trecentesimo, quinquagesimo quarto: Indictione septima VI. Kal. Martii. Regnorum nostrorum Anno octauo.

41. Wen.